

ciam pertulerunt, diffinitum erat per episcopum, qui tunc erat, ex communi consensu cleri et populi x marchas butiri [loco?] predictarum rerum diuersarum fore annuatim a quolibet rustico exhibendas. Cum igitur similis controuersia, proh dolor, nunc suborta consimili remedio dinoscitur indigere, decreuimus illas x marchas butiri nunc, sicut prius, loco mathskuth fore sine contradiccione qualibet exhibendas, non obstante quod dominus noster rex, per maliuolos pacis emulos informatus, se verbaliter de isto negocio aliquantulum intromiserit, non sentenciando, cum hoc non potuit eo, quod laycis quamuis religiosi disponendi de rebus ecclesie nulla attributa sit potestas, quos obsequendi astringit necessitas, non auctoritas inperandi, neque dominus noster archiepiscopus in presenti negocio aliquid immutauit, ad quem super talibus pertinet immutacio facienda, nisi prescripcio legitima clericos defensaret, a huiusmodi defensione consulimus et percipimus [o: precip-] eos nuncquam recedere, si velint penam debitam dilapidatoribus et jus ecclesiasticum negligentibus euitare. Idcirco de omnibus et singulis jam restantibus nunc et deinceps in futurum vos clerici predictum maskwt in butiro exigatis, contumaces per censuram ecclesiasticam compellendo, et vos layci hoc deuote et fideliter exhibere curetis, non curantes consilia maliuolorum, vobis pocius vexaciones atque dampna quam vtilitates et profectus [contractura?]. In Christo valete. Datum et diffinitum, ymmo pocius reformatum anno Domini mcccclxix in octaua apostolorum Petri et Pauli nostro sub secreto.

Öferskrift: Littera Hemingi episcopi Aboensis de matskuth Helsingorum.

Allmän öferskrift: Hemingus super matskut Nylandensi.

4463.

1349 Juli 16.

Arnö.

Lagmannen i Uplanden och riddaren Israel Birgersson säljer till ärkebiskopen Hemming efter iakttagande af alla laga former 11 öresland i Nyby i Bondekulla socken i Lagunda härad för 280 mark penningar svenskt mynt.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Vniuersis presentes litteras inspecturis Israel Byrgersson, legifer Vplandi-
rum, in Domino salutem sempiternam. Nuper certis ex causis et precipue propter
solucionem debitorum meorum volens vendere quedam predia mea, videlicet vnde-
cim oras terre in villa Nyaby, parochia Bondakullum, prouincie Langund, Vpsa-
lensis dyocesis, sitas, quas quidem vndecim oras terre a viro nobili domino Ni-
colao Akason milite rite et legaliter vero empcionis titulo acquisiui, mandauit
famulo meo dilecto Ingiuasto, in villa et parochia Hiælastom commoranti, eumque
per meas patentes litteras procuratorem ad hoc constitui, vt premissam meam
voluntatem, scilicet quod predia mea eadem vendere vellem, diebus placiti et in ipso
publico placito prouincie Lagund publice publicaret eaque meis heredibus et pro-
pinquis aliis iuxta leges patrie offerret, quod proprie vpbiuda dicitur in wlgari,
vt sic ad illorum noticiam, quorum posset interesse quomodolibet, voluntas mea
huiusmodi deueniret. Denunciacione autem per dictum procuratorem meum Ingiua-
stum in pluribus placitis legaliter facta, non comperuit aliquis de parentela seu de
propinquitate mea, qui dicta predia emere volebat seu se ad hoc aliquialiter offe-

rebat, Erkillus de Elueløso, parochia Bondakullum, protunc illius prouincie iudex existens et ibidem in placito residens, sentenciavit procuratorem meum predictum per omnia in illo facto legitime processisse et me posse pretactas vndecim oras terre in villa Nyaby vendere, cui vellem. Que omnia et singula, prout premittitur, facta et expedita vir discretus Elaws Laurensso, meus certus et legitimus procurator et ad hoc specialis nuncius constitutus, inuenit, quando die hodierna ad illud placitum meo nomine veniebat, et prout etiam duodecim viri, videlicet Holuidus de Adlistom, Herloger de Holamyre, Joan Benedictsson, Joan Vinter de Hambre, Laurinz de Vigby, Ingimunder de Jædrum, Gunno de Hernistom, Laurinz de Bronastom, Johannes de Stafby, Laurinz de Grytom, Thomas Vikingsson et Karolus Joansson de Tunom, nominati tunc super hoc in ipso publico placito prouincie Lagund, testimonium perhibebant. Ego igitur Israel Birgersson, legifer prefatus, per relacionem eiusdem Elau, procuratoris mei, considerans omnem sollempnitatem legalem, vt dicta predia mea absque legum offensa, cui velim, vendere valeam, esse completam, predia mea prescripta, scilicet vndecim oras terre in villa Nyaby, parochia Bondakullum, prouincie Lagund, Vpsalensis diocesis, sitas, modo premissis in publicis placitis pluries exhibitas et super hoc sententia iudicis, vt prefertur, habita, vendo per presentes et proprio cum omnibus earundem vndecim orarum terre adiacenciis, videlicet domibus, agris, pratis, pascuis, siluis, exitibus, viis, piscariis, molendinis et molendinorum locis ac iuribus omnibus et pertinentiis, quibuscumque nominibus censeantur, infra sepes et extra, prope vel remote positas, nullis penitus exceptis, venerabili in Christo patri, domino Hemmingo, diuina miseracione archiepiscopo Vpsalensi, pro ducentis octoginta marchis denariorum Sueue monete, quas recognosco me ab ipso domino Hemmingo archiepiscopo integre recepisse ac plenarie habuisse, renunciando in hoc facto excepcionibus pecunie non numerate seu non habite, doli, fraudis seu circumuencionis cuiuscumque vel malicie et consuetudinis secundum leges patrie non seruare et aliis quibuscumque transferensque in persona procuratoris mei predicti Elau Laurensso in eundem dominum Hemmingum, archiepiscopum Vpsalensem, plenum jus proprietatis, domini ac possessionis pacifice necnon et ipsum in corporalem possessionem dictarum vndecim orarum terre inducens, ipsas cum omni iure ingrediendi, habendi, tenendi, possidendi, donandi, vendendi, commutandi et de eis nunc et alias, prout sibi placuerit, libere ordinandi. Promitto insuper bona fide pro me et meis heredibus et successoribus quibuscumque vendicionem et in corporalem possessionem induccionem dictarum vndecim orarum terre me et eos ratam et gratam perpetuis temporibus habituros et quod easdem vndecim oras terre ad vsus eiusdem domini Hemmingi archiepiscopi et post eum ipsas habencium defendam contra omnem inpedientem et turbantem easdem, quominus eas pacifice habeat seu habeant nunc et alias, meis sumptibus et expensis. Obligo me preterea et meos heredes et successores quoscumque et bona fide pro me et ipsis promitto, quod, si contingat omnes illas oras terre vel illarum partem aliquam de dicto domino archiepiscopo vel ab eo vel ab eis, qui eas post eum habuerint vel habuerint, aliquo adinventionis ingenio euinci, quod euincti vel euinctibus huiusmodi dabo terras meas alias seu predia equialencia pro istis terris euictis et sic cum illis euinctibus ordinabo seu heredes mei aut successores ordinabunt, quod vendicio

illa, ipsi domino Hemmingo archiepiscopo per me facta, firma stabit et quod vndecim ore terre supraposite sibi suisque in eis successoribus libere remanebunt. Super hiis autem omnibus, sic rite et legitime factis, predictus Elauus Laurensso, procurator meus, hodierna die, prout premittitur, in ipso publico placito prouincie Laghund personaliter presens existens, testes seu firmarios, wlgariter dictos fasta, nominauit et nominari fecit meo nomine in facto vendicionis memorate, viro discreto Olauo Joonsson de Kulhambre tunc ibidem presente ac testes eosdem cum prediis eisdem ex parte eiusdem domini Hemmingi archiepiscopi procuratorio nomine acceptante, scilicet Gunnarum de Finsta, Olaum ibidem, Petrum ibidem, Gislone de Stafby, Gislone de Berastom, Olauum ibidem, Holmstanum de Sternholma, Olauum langa ibidem, Benedictum de Bronastum, Michaelem de Jædrum, Olauum de Øre, Anundum de Eneby, Ericum ibidem, Hagthornum de Huetistom, Olaum ibidem, Raskolwm de Æluisløso, Sielmberum de Enebergh, Paulum de Skrællinge, Allonem de Jædrum, Rangualdum de Hiælastom, Philippum de Quæk, Finuidum de Grylinghi, Holmgerum ibidem et Johannem de Vigby ac Thorstanum, tunc illius prouincie exactorem ac proloquutorem existentem, pro firmariis annotatos. In quorum omuium euidentiam sigillum meum et sigillum consortis mee dilecte Benedicte Karlsdotter vna cum sigillo domini Götztstai Aruitsson presentibus sunt appensa. Actum et datum anno Domini m^occc^oxl^o nono quinta feria proxima ante festum beate Margarete virginis et martyris apud manerium eiusdem domini Hemmingi archiepiscopi, dictum Arnø.

På baksidan: littere legifer super prediis in Nyaby sub Arnø xi oris terre venditis archiepiscopo.

Sigillen: n. 1 ett obetydligt fragment inom ylle; n. 2 och 3 borta.

4464.

1349 Juli 19.

Upsala.

Konung Magnus gifver herr Gregoris Styrbjörnsson, herr Gustaf Arvidsson och Fader Bengtsson fullmakt att utleta sanningen i afseende på domaren i Oland Ketilmunds anspråk på åtskillig egendom i Jonunge (Jönninge), Berista (Bärsta), Upsala, Berga, Marem (Marma) och Oppby.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Vi Magnus, medh Guz nath konunger Sueriges Norges oc Scane, vilium, at thet scal allum mannom kunnukt varæ at for þen skuld, at Kiætilmundir, domare af Olande, han kierpe i vara nærvaru oppa þessin gozen i Jonunge i markland jordh, i Bæriste i markland, i Vpsala en gard meþ allum boskap oc op a kirkioboleno halft annat hundraþa mark i løsorum, i Berghum ii orisland, i Mareem halft femta örtughland oc Oppby halft ørisland. Þa gauum vi herra Gregoris Styrberkson, herra Gøzstaf Aruizson oc Fadher Birgeron fult wald at leta oc spyria sannind om huru þe gozen gingo vndan rættom aruum oc byuþum wi þem, at þe innan sancta Michiels dagh, eptir thy som the fa sannind spyria, þa sculu þe a varæ veghna þer ouer døma, nu som næst combir. Datum Vpsalie anno Domini mcccxl nono dominica proxima ante festum sancte Marie Magdalene sub sigillo nostro ad causas.

På baksidan: super Jonunge et Bærista.

Konungens sigill »ad causas» med nästan hela omskriften borta.